

Thomas Lindemann   Joachim Carstens

## **Semi Centuria Quaestionum Illustrium Iuridicarum I.C.S.M.**

Rostochi[i]: Pedanus, 1630

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn726763691>**

Druck   Freier  Zugang



50 verschiedene Rechtsfragen

Lindemann - Carstens Vert.  
1630.

1a



29

Semi Centuria  
**QUÆSTIONUM**  
ILLUSTRIUM JURI-  
DICARUM.

J. C. S. M.

*Amplissima Facultate Juridica inclita Rostochien-  
sis consentiente,*

MERITISSIMO ANTECESSORE, DECANO  
SPECTABILI,

DN. THOMA LINDEMANNO,  
Jcto celeberrimo, PRÆSIDE.

PRO SUMMIS UTROQUE IN JURE PRIVILEGIIS  
& honoribus rite consequendis,

*Publicæ disputationi exposita*

JOACHIMO Cārsters /

*Ad totum diem 28. Januar. Majori in*  
*auditorio Anno 1630.*



ROSTOCHI

Excudebat JOACHIMUS PEDANUS, Acad. Typ.

*Illustri, Generoso, Magnifico & admodum stren-  
nuis Viris,*

**D<sup>N</sup>. ALBERTO WINGIERSCHI,**  
Regiminis equestris in exercitu sacrae Caesariae  
Majestatis Ductori supremo,  
**Et Ducatus Megapol: Pro-Principi**  
vigilantissimo, Dynastæ in Nymko  
& Ratzo, Domino suo clementer  
gratioso,

**D<sup>N</sup>. GEBHARDO de MOLTKEN,**  
Celsissimo Duci Megapol: Fridland: & Sagæ à  
secretis Consilijs. In Toitenvvinkel & Wessel.  
storff hereditario.

*ET*  
**D<sup>N</sup>. JOHANNI HEINRICO von der Lühe/**  
Ejusdem Celsis: Ducis Camerae Præsidi, di-  
gnissimo, in Wandrum & Gallentin he-  
reditario

*Promotoribus suis observanter suspiciendis*

*In signum debitæ Gratiitudinis*

*Inauguralem hanc semicenturiam  
dicat & offert*

**Joachimus Cärstens.**



7. C. S. M.

1.



Us publicum æque ac privatū naturalibus ex præceptis collectum est. *c. in apibus 7. qu. 1.*

2. Judex non propria ex scientia & conscientia, sed ex actis & probatis debet judicare. *c. Deus Omnipotens 2. qu. 1.*

3. Injuriam sibi factam judex ipsemet in continenti punire potest. *c. Salonitana dist. 63.*

4. Commissarius Camerae Imperialis ad totam causam datus subdelegare potest. *c. fin. X. de off. & pot. jud. deleg.*

5. Tempus trium mensium petendæ Revisionis non à die latae sententiæ sed factæ insinuationis computandum est. *Ord. Cam. par. 3. tit. 53. §. 1. vers. Alsdan sol.*

6. Sufficiens satisdatio est, quando hodie depositione pecuniæ in judicio cavetur. *l. 4. C. quæ res pign. obl. poss.*

7. Pacta priora per posteriora non ipso jure tolluntur, sed ope exceptionis eliduntur. *L. si unus 27. §. pactis ff. de pact.*

8. Juramentum posterius priori derogat. *l. 28. in fin. de jurejur.*

A 2

9. Per-

9. Perjurium saltem Stellionatus pœna jure civili punitur. *L. fin. Stellionat.*

10. Obligatio contra principia juris à quibusdam juri Personarum annumeratur. *vers. Incorporales. l. de reb. corp. & incorp.*

11. Nisi definias contractum, quod sit conventio cum causa, vel cum nomine, nimis angustè defines, *L. 7. §. 1. & 2. ff. de pact.*

12. Dissensu circa causas contrahendi genere diversas interveniente dominium non transfertur. *L. 18. de reb. cred.*

13. Contrahentes naturaliter circa rem, præter magnam lationem se circumvenire possunt. *L. 22. in fin. ff. de locat.*

14. Mutuum brevi manu contrahi posse in eadem etiam persona recipiendum est. *L. 15. de reb. cred. si modo inter partes utrinq; ita convenerit. L. 34. in princ. ff. mand.*

15. Ex æquitate putatur mutuum, si res vendenda datur, ut nummis debitor uteretur, *L. Rogasti ff. de reb. cred.*

16. Inutilis est stipulatio si quis ad ea quæ interrogatus fuerit non apte respondeat. *§. Preterea In de inutil. stip.*

17. Exceptio non num: pecuniæ probare volenti etiam post biennium competit. *L. Adseveratio C. de non num: pecu:.*

18. Da-

18. Datur etiam illa exceptio intra biennium à die chirographi si debitor hodie confiteatur, se ante tempus præteritum mutuo accepisse.

19. Institores semibarbare factores hodie dicti, finito officio suo ex contractu quem celebrarunt conveniri non possunt, nisi suo quoque nomine se obligarint. *L. fin. ff. de Institor.*

20. Dolus dans causam contractui b. f. reddit eum ipso jure nullum § *fin. In empt. vend.*

21. Contractus a metu initus, rescinditur. *l. 21. § 1. quod met caus.*

22. In civilibus lata culpa pro dolo accipitur, *L. 1. si mens. fal. mod.* In criminalibus non æque. *L. 7. ad L. Cornel. de sicar.*

23. Usuræ nullo jure simpliciter prohibentur.

24. Emptione perfecta periculum ad emptorem pertinet. § *3. l. Empt. vend.*

25. Venditor facultatem tradendi habens, tenetur præcisè rem tradere. *L. 11. § 2. Act. empt.*

26. *L. 2. C. de resc. vend.* contra transactionem non habet locum. *L. causas C. de transact.*

27. Clausula *alles getrewlich vnd ohn geserde* actionem stricti juris in B. f. transformate non potest. *L. 12. pr. precar.*

A 33

28. Clau-

28. Clausula an *Exdes* statt viam non operatur executivam, sed pro confirmatione obligationis est habenda. Reces. Imper. anno 1600. fol. 759. §. *wen in einer verschreibung.*

29. Impensa fnneris etiam ante dotem mulieris ex hereditate deducitur. *L. 19. de relig. & sumpt. fun.*

30. Mulier ratione dotis nullo temporis ordine considerato præfertur ei, qui ad rei refectiorem credidit. *Nov. 97. ca. 3.*

31. Libellum etiam post litem contestatam corrigere licet. §. *si quis. l. de Act.*

32. Lethaliter vulneratum occidens ex intervallo, solus de homicidio tenetur. *L. 11. §. 3. ad l. Aquil.*

33. Judæi Medici in Rep. non sunt tolerandi. *c. nullus 28. qu. 1.*

34. Testis unicus ad torturam non sufficit. *L. antepenult. ff. de quest.*

35. Sagarum frigidam per aquam probatio non facit indicium ad torturam.

36. Stulta est opinio quod sagæ super bestias equitantes cum multitudine mulierum certis noctibus ad diaboli servitia evocentur. *c. Episcopi 26 qu. 5.*

37. Possessionem si utraq; pars omnino æqualiter

qualiter probaverit in dubio pro Reo pronun-  
ciandum est. *L. favorabiliores ff. de R. 7.*

38. Solus Vassallus, non Dominus feudum  
possidet. 1. *Feu. 4.*

39. Sacra res nunquam privatum in patri-  
monium sed in usus Deo gratos convertenda.  
*L. 16. de usu & usufr. Leg.*

40. In Germania feuda in dubio non here-  
ditaria, sed ex pacto & providentia præsumen-  
tur.

41. Ganerbiatus est quædam nobilis feu-  
di species.

42. Fœmina propter masculi existentiam  
à feudo semel exclusa in perpetuum exclusæ  
censetur. 1. *F. 6. in fine.*

43. Legitimati per subsequens matrimoniū  
ad feudi successionem non admittuntur. 2.  
*Feud. 26. vers. Naturales.*

44. Transversales in infinitum in feudo suc-  
cedunt, si illud à primo acquirente per descen-  
dentes ad eos sit propagatum. 2. *F. 50.*

45. Divisio feudi in hereditarium & ex pacto  
& providentia in jure feudali fundamentum  
non habet.

46. Abusivam per investituram possessio  
feudi non acquiritur. 2. *F. 2.*

47. Clau-

47. Clausula salvo jure aliorum quorum-  
cunque in renovatione investituræ nullius est  
monenti.


48. Laudemium contra juris feudalis ra-  
tionem in renovatione feudi solvitur. *i. Feud. 27.*  
*in fine principij.*

Colophonis loco duas observationes  
Politicas veras esse defendemus;

videlicet:

49. Regna electitia plerumq; ad certam fa-  
miliam esse adstricta. Et.

50. Nullam hodie Reip. formam adeo esse  
puram, quin mixturam aliquam recipiat.







qualiter probaverit i  
ciandum est. *L. favor*

38. Solus Vasallus  
possidet. *1. Feu. 4.*

39. Sacrae res nun  
monium sed in usus  
*L. 16. de usu & usufr.*

40. In Germania  
ditaria, sed ex pacto  
tur.

41. Ganerbiatus  
di species.

42. Foemina prop  
a feudo semel exclus  
censetur. *1. F. 6. in fi*

43. Legitimati pe  
ad feudi successione  
*Feud. 26. vers. Natur*

44. Transversales  
cedunt, si illud a prin  
dentes ad eos sit prop

45. Divisio feudi i  
& providentia in ju  
non habet.

46. Abusivam p  
feudi non acquiritur

o Reo pronun  
de R. 7.

minus feudum

varum in patri  
s convertenda.

lubio non here  
ntia praesumun

m nobilis feu

ali existentiam

etuum exclusa

ens matrimoniū

dmittantur. 2.

um in feudo suc

nte per descen

. F. 50.

rium & ex pacto

fundamentum

turam possessio

47. Clau

